

CHARISSIMO FRATRI

D. FERDINANDO del CASTILLO et BETHENCOURT

In Palmiferae Urbis phalange

Secundae Cohortis Vice-Praefecto

COMITI DE VEGA GRANDE DE GUADALUPE

Insulae Canariensis praesumpto Signifero

Observantissimus suus Frater

PETRUS del CASTILLO et BETHENCOURT

In sui erga illum propensioris animi

monumentum

HAS PHILOSOPHICO-MORALES THESES

In Canariensi Seminario

Publico certamine ab ipso propugnandas

Obsequentissimus dedicat, consecratque.



NACTO PERMISSU:

Lacuna Nivariensi: apud Michaëlem Angelum Bazzantū,
Regalis Societatis Typographum.

ІЯТАЛН ОМЧЕСЛЯНО

THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARIES

“I’m sorry to tell you that

1995-96-97-98-99-2000-2001-2002

MUJERES EN ACCIÓN HABLA DE SU MÓD

On 2005-03-10 10:00:00, I saw a small

Table 3. Comparison of methods

UNKNOWN AUTHOR - POEM IN 3 LH QUATRA

6. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

卷之三

2025 RELEASE UNDER E.O. 14176

Constitutive mutations at

Experiments on the influence of the temperature on the growth of

CHICAGO (UPI)—Chicago's minimum wage would

卷之三

UNIVERSITY OF TORONTO

• **Significado**: se aplica a la actividad económica que consiste en la transformación de los bienes y servicios.

¶

¶ **Q**uis mihi non probro verterit, et merito quidem; si cui has studiorum meorum elucubrations consecrarem, exterum, ignotum aut longè positum Maeccanatem quaererem; earum et quidem singularium rationum oblitus, quibus hoc tibi munusculum vindicas, charissime Frater? Cum et ego probè sciam te hoc obsequij genus minimè dignari; et tuam in studiosos quosque bonarum litterarum beneficentiam ignoret nemo, et naturalis necessitudo, et quod pluris habendum, intimus grati animi sensus suadere videbantur, nullum tibi, quicumque ille sit, praeponi deberi. ¶ Quid, quod Patre matura morte praerempto, omnes nos medio in studiorum studio, velis, remisque (ut ajunt) destitutos, amplissima (ut tua est naturae indoles) voluntate foves, et à te omnia sperare jubes? ¶ Quid si addam (si ad haec aliquid addendum superest) illam, qua me præ omnibus et ab incunabulis est prosecutus, et prosequi non desinis, singulariem benevolentiam? Quam obrem ò et praesidium et dulce decus nostrum, Ferdinande charissime, has Theses studiorum meorum primitias benignè suscipientias; sic beneficiorum in me tuorum cumulum adimplebis, quibus delectus, nulli in te diligendo facile cedam. Vale.

THESES PHILOSOPHICO-MORALES.

I.

Cum homo anima et corpore simul
junctis constet, quaedam officia circa
animam, quaedam circa corpus tenetur
adimplere. Haec autem omnia sunt ip-
sius facultatis perficere, ad finemque
proprium dirigere.

II.

Iam verò facultates animae duae sunt:
nempè intellectus et voluntas. Cum in-
tellectus ad eum finem destinatus sit ut
verum agnoscat, animus veris cognitio-
nibus et homine dignis imbuendus et
exornandus est. Inter has primo nume-
rantur Religionis et morum principia :
secundo cognitiones vitae institutis ac-
commodatae . Tertio denique , eorum

stu-

studiorum notiones, quae hominum ornamento sunt.

Ita omnes, qui ignobili otio torpent, et nullam intellectui culturam quaerunt, tamquam hujus legis violatores habemus.

III.

Voluntatis proprium est bonum appetere, et malum aversari; ideo curandum nobis est, ne ab immutabili quodam ordine, quem in rebus diligendis ratio praescribit, recedamus. Iste enim ordo ex objecti dignitate, et excellentia repetendus sit; ita ut perfectiora, et meliora maiorem sibi vindicent dilectionem. Unde colligimus Deum esse super omnia diligendum, quo nihil perfectius, nihil excellentius excogitari possit.

IV.

Deum diligere non possumus sine cultu interno et externo, ad quem homines teneri constantè defendimus, et quam

obligationem certò cognoscerent, si
necessarias relationes eorum erga Deum
ut potè Creatorem, Magistrum, Benefa-
ctorem, et Patrem memoria retinerent.
• Cuius mutatis mutandis.

Si voluntas diligere debet illud,
quod verè est bonum, et aversari quod
verè est malum, reprimere te[n]emur
omnes affectus prayos et inordinatos
atque etiam vitare ipsorum incitamen-
ta scilicet libros amatorios, choreas,
saltationes, et cantus lacivos, in quibus
uterque sexus omnibus illeccbris suam
benevolentiam captare solet; spectacula
item theatra, qualia in aliquibus locis
repraesentantur, quaeque ad nihil aliud
conducunt, quam ad mores corrum-
pendos.

VI.

Deus animam corpori ea lege conjun-
xit, ut ejus bono et saluti consuleret;

ideo debet homo curare, quantum honeste fieri potest, ut corporis vitam, integritatem, et valetudinem servet; illasque voluptates fugiat, quae corpus adversus rectorem suum animum insolentius effertur. **VII.**

Ex hac lege concludimur non posse hominem mortem cibi inferre, quin actum rebellionis in Deum committat, quin ipsius jura et leges infringat, qui etiam in se ipsum crudelis habetur. **VIII.**

Nos eadem ratione ducti damnamus singularia illa certamina, quae duella nominantur, et quae propter conservacionem fortunae, vel honoris suscipiuntur.

Sub auspicijs D. D. Ignatij Llarena de Franchy ejusdem Facultatis Professoris. Die Julij ann. Dñi. 1800.
vespero.